



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

stantiis, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis neque immixtis sicut Thimotiani voluit, sed societate unitis. Ecce habes quare filius non pater, vel spiritus sanctus carnem assumerit.

Utrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari, vel possit.

Sivero queritur, Utrum pater vel spiritus S. incarnari potuerit, vel etiam modo possit. Sane responderi possit, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri, tam patrem, quam Spiritum sanctum. Sicut n. filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit & potest.

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus. D

Aug. de Trinitate. l. 13. c. 11. in fine.

Sed forte aliqui dicent, Cum indiuisa sint opera Trinit. si filius carnem assumpsit, tunc pater & spiritus S. qui si filius carnem assumpsit, nec hoc fecit pater, vel spiritus S. non omne quod facit filius, facit & pater, & spiritus sanctus. At omnia simul pater & filius, & amborum spiritus pariter & concorditer operantur. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horum trium operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, non pater vel Sp. S. carnem assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionem Trinitas operata est, sicut Aug. dicit in li. ad Petrum. Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem, sed non soli filio secundum Deitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum verbum carnem ipsa Trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed verbo, non patri vel spiritui S. Si enim pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset, iam non eadem esset operatio vtriusque, sed diuisa. Sed sicut inseparabilis & indiuisa est vnitas substantiæ trium, ut ait Aug. in lib. de Trinit. ita & operatio, non tamē eandem Trinitatem natā de virgine,

Aug. c. 2. in fine, in tom. 3.

1. de Trin. c. 4. in princ.

CRU-